

219

cogitantis ad imaginez corporis in memoria constituta. ex qua formatur acies animi. Et quod est intentio voluntatis ad corpus visum. visionemque copulanda. ut fiat ibi quedam unitas trium. quamvis eorum sit diversa natura hoc est eadem voluntatis intentio ad copulanda imaginem corporis que est in memoria. et visionem cogitantis id est forma quam cepit acies animi rediens ad memoriaz ut fiat. et hic quedam unitas ex tribus noui iam nature diuersitate discretis. sed unus eiusdemque substantie. quod hoc totum intus est. et totum vnus animus.

Sicut autem cum forma et species corporis iterierit. non potest ad eam voluntas sensum reuocare cernentis. ita cum imago quam memoria gerit obliuione deleta est. non erit quo animi aciem formandam voluntas recordando retorqueat. Sed quia preualet animus non solum oblita. verum etiam non sensa non expta confingere. eaque non exciderunt augendo. minuendo. commutando. et pro arbitrio componendo. sepe imaginatur quasi ita aliquid sit. quod aut scit non ita esse. aut ne scit ita esse. In quo genere cauendum est. ne aut menciatur ut decipiat. aut opinetur ut decipiatur. Quibus duobus malis euitatis nichil ei obsunt imaginata phantasmata. sicut nichil obsunt experta sensibilia. et retenta memoriter. si neque cupide appetantur si viuant. neque turpiter fugiantur si offendunt. Cum autem in his voluntas relictis melioribus auida volutatur immunda fit. atque ita et cum assunt perniciose. et cum absunt perniciosius cogitatur. Male itaque uiuitur. et deformiter secundum trinitatem hominis exterioris. quia et illam trinitatem que licet interius imaginetur. exteriora tamen imaginatur sensibilibus corporaliumque uiderorum causa peperit. Nullus enim eis uti posset etiam bene. nisi sensarum rerum imaginem

memoria tenerentur. Et nisi pars maxima voluntatis in superioribus atque interioribus habitet. eaque ipsa que commodatur siue foris corporibus. siue intus imaginibus eorum. nisi quicquid in eis capit ad melioremque ueritoremque uitam referat. atque in eo sine cuius intuitu hec agenda iudicat adquiescat. quid aliud facimus. nisi quod nos apostulus facere prohibet dicens. nolite conformari huic seculo. quia propter non est ista trinitas imago dei. Et ultima quippe id est corporea creatura qua superior est anima. in ipsa anima fit per sensum corporis nec tamen est omnimodo dissimilis. Quid enim non pro suo genere ac pro suo modulo habet similitudinem dei. quando quidem deus fecit omnia valde. non ob aliud nisi quia ipse summe bonus est. in quantum ergo bonum est quicquid est in tantum sed quamuis longe distans. habet tamen non nullam similitudinem summi boni. Et si naturalem utique rectam et ordinatam. Si autem uiciosam. utique turpem atque peruersam. Nam et anime in ipsis peccatis suis non nisi quandam similitudinem dei. superba et preposterata et ut ita dicam seruli libertate sectantur. Ita nec primis parentibus nostris persuaderi peccatum posset. nisi diceretur. eritis sicut dii. Non sane omne quod in creaturis aliquo modo simile est deo. etiam eius imago dicenda est. sed illa sola. qua superior ipse solus est. Ea quippe de illo profusus exprimitur inter quam et ipsum nulla interiecta natura est. Vnde omnis igitur illius id est forme que fit in sensu cernentis quasi parens est forma corporis ex qua fit. Sed parens illa non vera. unde nec ista vera proles est. Neque enim omnino in id idem gignitur. quam aliud adhibetur corpori. ut ex illo formetur id est sensus uidentis. Quocirca id amare alienari est. Itaque voluntas que utrunque coniungit quasi parentem et quasi prolem. magis spiritualis est quam utrumlibet illozum. Nam corpus illud quod